Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sepulchr: Alii autem die q
est post parasceven, venerunt
principes sacerdotum et pharisei
ad pylatum dicentes. Domine re
cordamur quia seductor il
le dixit adhuc vivens. post
tres dies resurgam. Jube
ergo custodiri sepulchrum usque
in diem tertium. ne forte veniant
discipuli eius et furentur eum
et dicant plebi surrexit a mor
tuis. Et erit novissimus error
peior priori. Ait illis
pylatus. Habetis custodiam
ite custodite sicut scitis. Illi
autem abeuntes. munierunt
sepulchrum signantes lapi
dem cum custodibus. Off
Suppetias exspectant oculi mei
et misericordiam et subsidium qui si
mul contristarentur et non sunt. qui
solantur me quesivi et non inve
ni et dederunt in escam meam fel
et in sitim meam potaverunt me ace
to. Secr. Concede quesumus
domine: ut oculis tue maiestatis
munus oblatum: et
quod nobis devotionis ob
tineat: et effectum hoc petitum
tuis assequamur. Prefatio
Vere dignum et iustum est equum et salutare
humanum te domine nos semper et ubique gratias agere
Communio. Si non potest hic calix transire nisi bibam
illum fiat voluntas tua. Ipsen
Per hunc domine operationem mysterii. vitia nostra purgentur
et nostra desideria impleantur. p
Vocem domine meam audisti. Ffeia. iii.
me expugnant impugnantes
me apprehende arma et scutum et
exurge in adiutorium mihi domine
vis salutis mee. Ps. Effunde iram
meam et conclude adversus eos qui me
persecuntur. Orat. Oramus omnipotens deus: ut qui nos
adversis exercitamur intercedente unigeniti filii tui passione respire
mus per. Lect. Eiusdem. Ipse
in diebus illis. Orietur vobis
Dominus deus aperiam michi autem
ego autem non contradico. ne
avertam faciem meam ab
eis. Corpus meum dedi percutientibus. et genas
meas vellentibus. faciem meam
autem non averti ab increpantibus
et conspuentibus me. Dominus deus
adiutor meus et ideo non
sum confusus. ideo posui faciem
meam ut petram durissimam
et scio quia non confundar. Iuxta
est qui iustificat me. quis
est qui contradicat michi. Stet
simul. Ecce enim est adversarius